actionem[a], et iusticie simul morem[b] geramus[c] domino[d] et[e] te quoque, quem[f] forsitan exacerbavimus, complacemus.

[g]Quis fecerit strages, quis sancta[h] polluerit, quis prophanaverit testamentum et cum superbia sanctuarium Dei[i] sit ingressus aut[j] si hec quispiam fecerit[k], hoc obsecro loco[l] michi liceat[m] preterire. Que singula sane tam copiose[n] et tam luculenter[o] explanas et tam sollempnibus[p] vocis tue[q] lacrimis complorasti, ut ex[r] earum me[s] quoque rivulis irrorares et invitum tecum raperes in querelas. Licet profecto, licet simul pape[t] Paschalis[u] tecum preconia non tacere et non accusare, quos amo. Quam[v] felicem, sicut[w] ais, papam Paschalem, qui gradus ac[x] nominis sui sic obtinuit sanctitatem, ut, quod[y] et nominis ratio designaret et ex officii canone mandaretur, usque ad sanguinem et docere et facere[z] non timeret. Benedictus[a] Christus Iesus[b], qui sic nondum christiane castra militie inter hostium cuneos dereliquit[c], ut non eis fortem athletam et ducem optimum provideret. Non sortabitur[d] in Israel[e] Amorreus[f] et de sortis electe[g] pars inimica spoliis[h] non gaudebit, dum Iosue nostri pervigilabit[i] instantia. Stabit ad eius[j] nobis fixus in ethere sol[k] indefessus[l] imperium et nocturne caliginis abiget[m]

---

a) actionem: *korrigiert aus* pactionem *Po* b) more *D* c) gerimus *Beaugendre Sackur* d) domino: et Deo *Beaugendre Sackur* e) et: *Beaugendre erwägt dafür* ut f) quem: quoniam *P^1 d'Achery* g) *vor* Quis *setzen D P^1 S eine Absatzmarke, Po notiert ein* a *am Rande; Barth, Hildebert (wie Anm. 4) S. 396 Anm. 2 möchte die Einleitung erst mit Z. 26* quos amo *enden lassen* h) sancta: sc'a *P^1*, sacra *d'Achery* i) Dei: *fehlt Beaugendre* j) ac *Po* k) fecit *D* l) loco: *fehlt Po* m) liceat michi *Po Sackur* n) compulse *P^2* o) loculenter *P^1* p) solempnibus *D*, sollemnibus *P^1*, sollennibus *G Po* q) vocis tue: votive *P^1 d'Achery* r) ex: *fehlt P^1 d'Achery Beaugendre Sackur* s) ne *D* t) pape: et pape *G* u) pascalis *G P^1* v) Quem *P^2 S*, Ouem *D* w) sic *P^2* x) ac: et *G Po* y) quos *Po* z) et facere et docere *P^2 Po*, et doce facere *D* a) *mit* Benedictus *beginnt in den Hss. ein neuer Satz* b) Iesus Christus *P^1 P^2 S d'Achery Beaugendre Sackur* c) derelinquit *Beaugendre* d) scortabitur *Po Beaugendre Sackur* e) in Israel: *fehlt P^2* f) Amorreus: amore^9 *P^1*, amor eius *d'Achery Beaugendre* g) electione *P^2* h) spoliis pars inimica *Beaugendre;* spoliis: *fehlt P^2*, spol^9 *S* i) pervigilabat *P^2* j) eis *S* k) sol in ethere *Po* l) indefessus: in die fessus *S* m) abigeret *P^1*